

d'avril 1292. Les lettres de ratification données par Amé VII, duc de Savoie, le 4 juillet 1423, dûment scellées et signées,

minus habere vel corpus vel res immobiles ipsius delinquentis exceptis delinquentibus in criminibus læsæ Majestatis.

10. Si Burgensis fecerit injuriam alicui infra villam, et coram amicis suis concordare voluerit, antequam clamor ad castellanum, præpositum vel Dominum deveniat, sine qualibet occasione possunt mutuo concordare et tunc si non comparuerit coram Castellano, vel præposito, actor, sive reus in clamore vel emenda aliqua eidem Domino non tenetur.

11. Burgenses villæ Poncinis non ire in cavalcata non tenentur, nisi solum ad defensionem propriæ terræ et tunc cum expensis Domini de Thoire et de Villars.

12. Si Dominus de Thoire et de Villars adduxerit exercitum suum apud villam Poncinis ad morandum pro utilitate sua et terræ suæ, bene potest hoc facere, sub tali pacto, quod damnum non inferat Burgensibus vel rebus eorumdem.

13. Si coram castellano, præpositoque clamor motus fuerit coram ipso infra villam Poncinis causa agatur.

14. Si Burgensis contra villam alicui fecerit injuriam et inde clamor factus fuerit, infra villam Poncinis causa agatur.

15. Si Miles, vel Domicellus aliquem Burgensem percusserit, Dominus debet habere emendam ad voluntatem suam, et Burgensis percussus et injuria emendetur.

16. Si Burgenses nolent se intromittere propter timorem vel amorem militis vel Domicelli non tenentur eidem Domino ad emendam vel Domicello.

17. Si Burgenses commune faciant ad opus villæ Poncinis, Castellanus, nec propositus, nec aliquis de familia Domini debet interesse.

18. Si Castellanus, præpositus vel aliquis de familia Domini fecerint injuriam alicui Burgensi, debent eidem Burgensi emendare sicut alius simplex homo, si verò causa movetur super aliqua injuria, et infra annum et diem a tempore factæ injuriæ non fuerit determinata, postea non audiatur injuriam passus super ea, nisi istud propter defectum judicis acciderit (1).

(1) Le texte de la charte étant fort long, la fin en sera publiée dans la prochaine livraison.